HIERONYMUS
Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh. Seite 58r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek





Videamus ergo post istum titulum quid sequatur. Cantate dño canticum nouum
felix penitentia licet rueris tamen si egeris penitentiam noua domus xpi dicitur
Cantate dño cantic nouum noua domus nouum meretur canticum. Cantate dño
cantic nouum. qui cantate. cantate dño omnis terra. Si de templo hierusoli
mae dicitur. O iuda quomodo omnis terra prouocatur ad laudem.
Cantate dño omnis terra iste locus et iudeum uincit et nouatianum. Cantate dño
omnis terra. Non hierusolima sed uniuersus mundus. hic iudeus occiditur
Cantate dño omnis terra nouatianus occiditur. quomodo dicit nouatianus. sunt
aliqua peccata pro quibus debemus agere penitentiam uerbi causa demendacio de per
iurio de fusto. ceterum qui fornicatus fuerit qui homicidium fecerit iste agere non
potest penitentiam. Audi quid dicat cantate dño omnis terra. omnis autem terra
et adulter est. et homicida et omnia peccata terrena sunt. Qualecumque peccatum
habueris age penitentiam et saluus eris. Cantate dño benedicite nomen eius. nomen
dñi saluator est. ex eo quod in nobis factus est. cantamus dño. Adnuntiate diem de die
salutare eius. Quid uult dicere adnuntiate diem de die salutare eius.
Qui simplex est. sic intellegit dieb: omnib: laudate dñm. hoc est dies succedat diei. hoc est
laudasti hodie lauda et crastinum. Videtur quid est sensus esse simplex. Sed mihi
uidetur aliud sacramenti latere. adnuntiate diem de die salutare eius.
Non potest laudari saluator nisi in die. debuerat enim dicere laudate dñm die
et nocte. Si de ista die diceretur. debemus enim dicere hoc secundum litteram in
tellegimus. Si ergo in diem laudamus dñm iterum in nocte laudare non possumus.
Videte ergo quid dicat quandocumque laudatis dñm semper illum in luce laudate
non in tenebris peccatorum sed in luce uiscutum. semper in anima tua sol xpi
oriatur ut semper intenascatur lumen nouum. adnuntiate diem de die salutare eius.
Dicamus et aliter duo sunt dies non iii. non iiii. non v. duo sunt dies. uetus testamentum
et nouum. et in illo xpus lucet: et in isto xpus lucet. Nolite eum tantum laudare in ueteri testamento
nesitis iudaei. Nolite eum tantum laudare in nouo testamento. nesitis manichei
Laudate illum de die in diem. hoc est in ueteri et nouo testamento quae duo dies unam lucem
faciunt. propterea scribitur et in leuitico. Omne autem animal quod findit
ungulam et ruminat mundum est. hoc est si duas ungulas habet et ruminat mundum est.
Si ergo unam habet ungulam non est mundum. Iudeus habet unam ungulam et propterea in
mundus est. Manicheus unam habet ungulam et propterea inmundus est.
Manicheus unam habet ungulam. et quia unam habet ungulam non ruminat cibos suos
sed id quod semel in uentre miserit. rursum reducit ad guttor et ruminat
illud et tenue facit.